

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Dissertationum Medicarum De Connubio Astrææ Cum
Apolline, Circa Medicinam Forensem**

De Inspectione Cadaveris In genere

**Emmerich, Georg Emmerich, Georg
Regiomonti, 1710**

VD18 1310747X-001

§. III.

urn:nbn:de:gbv:45:1-8856

Medicus partes suas, i. e. officio suo satisfecit; hinc nisi finem cum officio confundere velimus, supersedere fine hoc intermedio facile possumus, cui tamen terminus ille finis intermedii adeo placet, Junonem suam non invidebimus.

§. III.

Medici Officium in hoc consistere ut omnia conquerat ac agat, quæ ad fine in ultimum medicinæ, sanitatem acquirendam tendunt, nemo facile negaverit, sed omnes ferè in eo acquiescunt. ~~Cum~~ ~~Quod~~ tamen naris medici hoc officium nimis strictè esse conceptum, ejusque cancellos artius justo positos non injustè conqueruntur, nam medicina non invalidis saltem ac ægrotantibus civibus præst, sed reipublicæ quoque ac justitiæ litat. Conf. cit. Bohnius l. cit. p. 3. 44. s^r 29. nec medicina in solâ scientiâ aut experientiâ consistit, sed ratio impr. ac prudentia maximè commendat medicum; Scilicet: magnum quid, sec. Antonideum van der Linde in Dedicazione Cornelii Celsi, medendi scientia est, majus prudentia atque sapientia, illa quippè scientiæ oculus, hæc manus est. Absque prudentiâ si est, neque tempora lustrare medicus rei bene gerendæ, neque præcipites captare occasiones potest, absque sapientiâ si est, tractato homines ignorat, & suo quemque calopodio calceare; uti vero scientia nisi discendo i. e. Legendo, audiendo, cogitando ita prudentia & sapientia, nisi faciendo & rebus se gerendis accommodando non eomparantur. H. I.

§. IV.

Prudentis hinc ac veri Medici nomen sibi acquirere, qui allaborat, non ad lectum solum mederi, clinicum aut uromantam agere, pulsum tangere, prolixum Recipe (in medicastris verum Decipe) exarare, Consilia ad lectum vel in scriptis dare, cum aliis consilere, aliaque quamplurima præ-

